



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 124. De manso tradito in villa Boffeshus in pago Auga.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno mines duos filios cuiusdam nomine ello nec et ancillas duas unam filiam 826 usque tiadmanni et aliam raymanni testes folcuerit hem fidac horic eumurman 853 im- perante folcmar.

Hludo-
uico et

§. 124.

Tradidit adalbodu pro anima fratris sui suuyricdac in *boffeskuf*. (h) mansum unum unde supra scripti testes sunt.

§. 125.

Tradidit *cocco* (i) pro remedio animae nepotis sui *amelung* (k) quidquid ipse habuit in pago *mofsiueddi* (l) et in aquilonali parte fluui qui uocatur

De villa
Boffes-
hus.

(h) *Boffeshus* villa erat in pago *Auga*. Designatur locus per illam, dictus *Boffen*, vix itinere dimidia hora ab oppido *Huxaria* distans, sed cis flumen *Wiferam*, olim in comitatu *Euersteinensi*, hodie vero in Principatu situs *Wolferbutte-*
lano. *Chriſt. Franc. Paulinius* in *Historia Corbeiensi MSa* de villa *Boffen* fingit, seu potius ex Io. Lerzneri fictionibus repetit, Carolum Magnum in expugnatione caſtri *Brunonisburgi* ad radices faltus *Sollingani* collocasse li-
xas et calones, ab antiquis Saxonibus *Gebouetze*, hoc est, *Gebouere*, *Baben* vel *Buben* dictos. Cum igitur illi ibidem morati fuerint, inde locum istum ab istis *Boffen* quasi *Bouenheim* vel *Bubenheim* adpellatum esse, refert vterque. Sed quis non statim fabulam subdoratur? *Boffen* idem est ac domus cuiusdam *Bofonis*, cuius denominationis particeps, vt ex fratre abbatis *Warini Beuone* seu *Bouone* appetat, sine villo dubio quidam e progenitoribus *Eberti* et *Luidolfi* ducum fuit, vel alius cognominis, qui eandem villam primus incoluisse videtur. Villa *Boffenburun*, de qua vide §. 177, caſtro *Brunonisburgi* vicina fuit, et similiiter ex quodam est *Bouone* adpellata.

De Cob-
bone.

(i) *Cocco* is frater abbatis *Warini*, et filius ducis *Eberti* arque *Idae*, fuit, vt supra §. 29. not. (l) et §. 104. not. (n) demonstrauimus.

De Ame-
lungo.

(k) *Amelungus*, vocatur nepos *Cobbonis*, ac *Cocco* dicitur auunculus *Amelungi*. Ha-
bit autem *Amelungus* sororem *Cobbonis Hadwygam*, quæ ab *Uffingio Hadwi* no-
minatur, vt supra §. 29. vidimus, in matrimonio. Id appetet ex his traditioni-
bus infra §. 149, vbi *Hadwy* adpellatur vxor *Amelungi*, eiusque filii *Bennid* arque
Amalung nuncupantur. Quodsi vero hi factores fuerunt illusterrime familie *Bil-
lingana*, vt supra demonstrauimus, origo *Billinganae* familie per feminas ab *Ec-
berto* duce Saxonie eiusque vxore *Ida*, ex fanguine regum Francorum oriunda, ita certa reddatur, vt de ea proſrus nihil dubitationis supersit.

De pago
Moswed-
di.

(l) *Mofsiueddi* pagus idem erit, qui infra (§. 211.) nominatur pagus *Mofwidii*. Nisi hoc loco particula et addita effe, dubium restaret nullum, quin situs huius pa-
gi extiterit ad ripam fluuii *Albie* seu *Albis*, in vtraque fluminis ripa. Id tam-
en quodammodo indicare videntur traditiones, eundem pagum ad fluuium *Albim* esse querendum. Distinctum pagum fuisse *Mofsiueddi* a pago *Mofidi*, quem originale diploma Heinrici II, ad annum 1004 datum, quod iam in ma-
nibus nostris est, habet, vt celeb. Grupenius in *Orig. Pyrmont.* p. 15. sentire
videtur, creditu est difficile. Quemadmodum enim villa *Wigmannesburſtal*, a
dicto casare in pago *Mofidi* posita, vicus *Wigmannesburg* in praefectura *Medingen* in Principatu *Luneburgico* sita, esse non potest: ita villa *Benedictorp*, eodem
in pago a cœlare locata, erit *Berndorf*, qua in *Veteri Marchia* visitur. Quan-
uis vero maxima sit similitudo inter *Wigmannesburſtal* et *Wigmannesburg*, ne-
gari tamen non potest, in regione, circa *Wigmannesburg* sita, exitisse pagum
Bardango. Id ipsum ex villis appetet, quæ eidem pago *Bardango* in monu-
mentis nostris adtribuuntur. Enumerabimus aliquas, quæ sic adpellantur, 1) *Holthebusen*, quæ nunc est *Holthusen* in praefectura *Ebftorf*: 2) *Aldendorp*,
quæ est *Oldendorp* in eadem praefectura: 3) *Scleſthorp*, quæ vel *Solgesdorp*,
vel *Seckeldorp*, vel *Segelsdorp* in praefectura *Medingen* est: 4) *Ntendorp*,
quæ est *Niendorp* intra eamdem praefecturam: 5) *Catelnidorp*, vulgo *Kollendorp*

in